Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



sen. Cerq quod ppls iste dure cervicis sit: dimit
te me ut deleatur furor meus contra eos: et delea
eos faciamq; te in gentem magnam. Moyses autem
orabat dm deum suum dicens. Ut quid domine irascitur furor tuus contra ppl tuum quem eduxisti de terra egypti in fortitudine magna et in manu robusta? ne quid dicant egyptij callide eduxit eos: ut interficeret in montib: et deleret de terra. quiescat ira tua: esto placabilis super nequitia ppli tui. Recordare abrahae ysaac et israel seruorum tuorum: quibus iurasti per temetipsum dicens. Multiplicabo semen vestrum sicut stellas celi: omnem terram hanc de qua locutus dabo semini vestro et possidebitis eam semper. Placatus factus est dns. ne faceret malum quod locutus fuerat ad ppl suum. Et misericordiam ppl sui dis dns nolle

Ex surge domine fer opem nobis et libera nos, pter nomen tuum. Deus auribus nris audiuimus patres nri annunciauerunt nobis opus operatus es in diebus eorum et in diebus antiquis. Sdm

In illo tpe. Iam de festo mediante iam ascendit iesus in templum et docebat. Et mirabantur iudei dicentes. Quomodo hic litras scit cum non didicerit. Respondit eis iesus et dixit. Mea doctrina non est mea sed eius qui misit me. Si quis voluerit voluntatem eius facere cognoscet de doctrina mea vtrum ex deo sit an ego a me ipso loquor. Qui a semetipso loquitur: gloriam propriam quirit. Qui autem quirit gloriam eius qui misit illum hic verax est et iustitia in illo non est. Nonne moyses dedit vobis legem: et nemo ex vobis facit legem? Quid me quaeritis interficere? Respondit turba et dixit. Demonium habes. quis